



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatvs

Dript, Laurentius a

Paderbornae, 1672

Feria V. die 18. Martij 1666.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13441

Año à Nativitate D.N. Jesu Christi mil-
lesimo sexcentesimo quinto, Indictione ter-
tiâ die vero 2. mensis Octobris, Pontifica-
tus autem sanctiss. in Chro. Patris D.N.D.
Alexandri divinâ providentiâ Papæ VII.
anno undecimo supradictum decretum af-
fixum & publicatum fuit ad valuas Basili-
cæ Principis Apostolorum, cancellariæ Apo-
stolicæ, ac in acie campi Floræ, ac in alijs
locis solitis & consuetis urbis per me Caro-
lum Melanum ejusdem sanctissimi D. N.
Papæ & sanctissimæ inquisitionis curso-
rem.

Romæ ex Typographia Rev. Came-
ræ Apost. 1665.

Feria V. die 18. Martij 1666.

IN Congregatione Generali Sanctæ Ro-
manæ & Vniversalis inquisitionis habita
in Palatio Apostolico Montis Quirinalis
coram sanctiss. D.N.D. Alexandro divinâ
providentiâ Papa VII. ac Eminentissimis &
Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinali-
bus in tota Republica Christiana adversus
hæreti-

hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolicâ specialiter deputatis.

SANCTISSIMUS D. N. post latum Decretum 24. die Septembris proxime elapsi, quo viginti octo propositiones damnatae fuerunt; examinatis sedulo & accuratè usq; ad hanc diem infra scriptis alijs quadragesimum quintum numerum implentibus, per plures in Sacrà Theologiâ Magistros, ac per Eminentissimos & Reverendissimos DD. Cardinales adversus hæreticam pravitatem Generalis Inquisitores eorum suffragia singillatim super unaquaq; ipsarum audivit.

29. *In die jejuniij qui sapius modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comederit non frangit jejunium.*

30. *Omnes officiales qui in Republicâ Corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejuniij, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio.*

31. *Excusantur absolute à precepto jejuniij omnes illi qui iter agunt aequitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius dici conficiant.*

32. Non est evidens quod consuetudo non comedendi ova & lacticia in quadragesimâ obligat.

33. Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascunque elemosynas quas antea beneficiatus de fructibus suis beneficij fecerit.

34. In die Palmarum recitans officium Paschale satisfacit precepto.

35. Unico officio potest quis satisfacere duplici precepto pro die presenti & crastino.

36. Regulares possunt in foro conscientie uti privilegiis suis, que sunt expresse revocata per concilium Tridentinum.

37. Indulgentie concessæ Regularibus & revocata à Paulo V. hodie sunt revalide.

38. Mandatum Tridentini factum sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali confitendi quamprimum est Consilium non preceptum.

39. Illa particula (quamprimum) intelligitur, cum sacerdos suo tempore confitebitur.

40. Est probabilis opinio que dicit esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem & sensibilem que ex osculo oritur, se-

tur, se-

tur, secluso periculo consensus ulterioris & pollutionis.

41. Non est obligandus concubinarium ad eiiciendam concubinam, si hac nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarium, vulgo regalo, dum deficiente illâ nimis agrè ageret vitam. & alia epula tedio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficile inveniretur.

42. Licitum est mutuanti aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.

43. Annuum legatum pro animâ relictum, non durat plus quam per decem annos.

44. Quoad forum conscientia, Reo correcto, ejusque contumaciâ cessante cessant censurae.

45. Libri prohibiti donec expurgentur possunt retineri, usque dum adhibitâ diligentia corrigantur.

Quibus maturè pensatis idem sanctissimus statuti ac decrevit, prædictas Propositiones & unamquamque ipsarum, ut minimum tanquam scandalosas esse damnandas & prohibendas, sicut eas damnat ac prohibet: Ita
ut qui

ut quicumque illas aut conjunctim aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputativè publicè aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem à quâ non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacunq; etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolvi.

Insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ & sub interminatione divini judicij prohibet omnibus Christi fidelibus cujuscunque conditionis dignitatis ac status, etiam speciali & specialissimâ notâ dignis, ne prædictas opiniones aut aliquam ipsarum ad praxin deducant.

Joannes Lupus sanctæ Romanæ & Universalis Inquisitionis. Not. &c.

L. S.

Cc

Anno

Año à Nativitate D.N. Jesu Christi millesimo sexcentef. sexages. sexto, Indictione quartâ die vero 23. mensis Martij, Pontificatus autem sanctiss. in Chro. Patris D.N.D. Alexandri divinâ providentiâ Papæ VII. anno undecimo supradictum decretum affixum & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, cancellariæ Apostolicæ, ac in acie campi Floræ, ac in alijs locis solitis & consuetis urbis per me Carolum Melanum ejusdem sanctissimi D. N. Papæ & sanctissimæ inquisitionis curforem,

Romæ ex Typographia Rev. Cameræ Apost. 1666.